



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De  
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]  
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise  
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

**Denisse, Nicolas**

**[Augsburg], 1510**

**VD16 N 1513**

S[e]c[und]a est excelle[n]tia doctri[n]al[is] eruditio[n]is.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30625**

Paulus et barnabas scissis tunicis suis exheruerunt in turbas clamantes et dicentes. Viri quid hic facitis? Et nos mortales sumus sicut et vobis homines. Annuntiamus vobis ab his vanis quod uertit ad deum uiuam quam fecit celum et terram.

**Tertium est fundamentum firmitatis defensionis.** Hec est fortitudo remouens inordinatum timorem retrahentem a perfessione. Unde super illud Lucae xij. Dico uobis amici meis ne timeatis ab his etc. Dicitur glo. quod fortitudo est fidei fundamentum. Unde in fundamentum edificium materialiter ponunt lapides solidiores. Phil. iij. Quia possum in eo qui me confortat. Barabas itaque barabas fortissimus fuit in penis et aduersis tolerandis; et postea dicitur. Grego. Iustorum fortitudo est carne uicere; mundi alga per eternis premis amare; prosperitas blandimenta tenere; aduersitatis metu in corde superare. Hec ille.

**Quarta est excellentia doctrinalis et ruditionis.** Dan. xij. Qui ad iustitiam eruditus multos; eruditus stelle in perpetuas eternitates. Ad hanc autem doctrinalem eruditorem tria sunt necessaria que fuerunt in b. barnaba.

**Primum est pietatis noticia.**

**Secundum est firmitatis persistencia.**

**Tertium est sermonis efficacia.**

**Primum est veritatis noticia.** Ps. Quia mandata tua ueritas. Legisti autem Act. xv. quod cum quidam iudei ad fidei ueritatem dicerent quod non sufficeret fides sine lege moysi. Paulus et barnabas uiriter resistere et ueritatem euangelicam predicauerunt; et contra illorum errorem suas ad apostolos impetrauerunt.

**Secundum est firmitatis persistencia.** Ps. Querite dominum et confirmamini. Unde cum iudei his que dicebat paulo et barnaba contradicerent. ipsi persistenter dixerunt. Uobis optebat primum predicare uerbum dei; sed quoniam repellitis illud et indignos uos facitis et iudicatis uite eterne. Ecce uertimur ad gentes. Sic enim precepit nobis dominus: ut hinc Act. xij.

**Tertium est sermonis efficacia.** Multos enim ad fidei ueritatem Unde Act. ij. legitur quod in antiochia barnabas hortabatur omnes in proposito cordis permanere in domino quod erat uir bonus et plenus spiritu sancto et fide; et apparsit est multa turba domino. Et Act.

xij. Secuti sunt multi iudeorum et aduenarum paulum et barnabam; qui loquentes suadebant eis ut permanerent in gratia dei. Audientes autem gentes gaudebant et glorificabant uerbum domini et crederunt quod quod erat ordinatum ad uitam eternam. Hinc dicit b. Hieronimus quod barnabas in romana christi primum predicauit: episcopus mediolani. factus.

**Quarta est excellentia spiritualis perfectionis que maxime consistit in charitate; quod qua anima coniungit ipsi deo. Col. iij.** Super omnia charitatem habere quod est vinculum perfectionis. Erat autem barnabas uir eximie charitatis. Charitas quepe est ad primum appuit in necessariorum submiratione; quam fratribus que erant in hierosolymam detulit; sicut hinc Act. xij. Hinc in populo instructione; quod uerbum dei sollicite euangelizauit. Unde dicitur Act. xv. Paulus et barnabas demorabantur antiochie docerentes et euangelizantes cum alijs plurimis uerbis dei. Hinc in offensione dimissione quam iohanni que cognominabatur mare offensam dimisit. ut hinc Act. xv. Cum enim predicaret discipulus iohannes barnabam et saulum reliqueret; redeuntibus tamen et penitenti barnabas indulget iteque in disciplinam assumpsit; et eo assumpto nauigauit cyprum. Paulus quoque iteque eum assumere in discipulum renuit; ideo inter eos separatim facta fuit; uterque tamen ex pia intentione processit. Nam quod barnabas ipsum assumpsit; hoc fecit ex dulcedine misericordie; unde autem paulus ipsum assumere noluit; hoc fecit ex feruoris rectitudine. Ex dictis itaque patet charitas barnabe ad primum; ex qua etiam apparet charitas eius in deum. nam ex charitate dei procedit charitas proximi. Ioh. di. j. Ioh. iij. Si quis dilexerit quem diligit deum et fratrem suum oderit mentis datus est. Preter hec tamen apparere potest excellens charitas eius in deum ex tribus signis.

**Primum est abdicatio temporalis mundanitate.**

**Secundum est mortificatio carnalis voluptatis.**

**Tertium est possessio penalis aspirantis.**

**Prima est abdicatio etc.** Nam propter deum omnia terrena abdicauit. Unde cum alijs apostolis potuit dicere illud Mat. xix. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. Notandum autem quod barnabas et alij apostoli sic omnia reliquerunt precipue propter tres rationes. Prima est ratio prioritatis expeditionis. ut uicis priorum et magis expediti essent ad currendum post christum. Unde Bern. super illud Ecce

